

Band VII., Nr. 2307, Seite 216-217

Der Edle Heinrich Swendinger von Wiesloch verzichtet vor dem Abt von Odenheim und dem Grafen von Eberstein auf alle Rechte an den von ihm und anderen Gliedern seiner Familie dem Kloster Herrenalb verkauften Selhof zu Derdingen samt allen Zugehörden, insbesondere dem Zehnten und dem Patronatrechte der Pfarrkirche daselbst.

Ohne Ortsangabe, 1272. Dezember.

Ego H[einricus] dictus Svendinger nobilis de Wizenloch coram vobis, domini reverendi . . de Othenheim et . . de Eberstein, constitutus profiteor publice ac protestor, me unâ cum Wernhero dicto Morkin patruo meo et Wolframo et Cunrado fratribus meis necnon tam cum heredibus quam coheredibus universis curiam Derdingen¹, que dicitur Selhof, cum decima et iure patronatus ecclesie parochialis ibidem, cum tota universitate seu pertinentiis tam predictae curie quam iuri patronatus quocumque modo attinentibus et annexis rite ac legitime venditionis tytulo transtulisse ad venenbiles . . abbatem et conventum de Alba Cysterciensis ordinis Spirensis dyocesis iure perpetuo possidendam. Tandem vero paupertate ac inedia sed nulla iustitia exigente prefatos abbatem et conventum impulsavi aliquotiens et gravavi sperans me per minas et gravationes aliquid accepturum ab eis. Ipsi autem clipeo iustitie ac instrumentis publicis super huiusmodi bonorum legitima emptio-
ne meo scitu iussu pariter et consensu diligentius exaratis sigillis quoque quam plurium virorum venerabilium et precipue dicti patrum mei senioris, quo nos omnes de Wizenloch unâ uti consuevimus, defensi coram iudicibus Spirensibus meorum insultationum ictus rationabiliter repulerunt. Nec ego huiusmodi contentus multotiens addidi, ut gravarem abbatem et monachos prelibatos, sed totiens ipsos iustitia defendente iniustis impugnationibus meis obviarunt et machinationes meas irritas et frivolas evaserunt. Et quia totiens per me indebite sunt vexati, petunt et exigunt nec iniuste, ut sigillorum vestrorum confirmatione, quibus nec possum nec audeo contraire, os meum perpetualiter obstruatur et eternum mihi in hoc articulo silentium imponatur. Unde cum vos noverim clauastro prescripto summe propitios et fideles, in vestra renuntio presentia sicut et sepius abrenuntiavi omni iuri et actioni, quam habui vel habere potero in monachos antedictos, rogans et supplicans intime ac subnixè, quatinus litteram presentem, ex cuius sigillatione omnis inquietationis et calu[m]pnie via sepedictis abbati et conventui precludetur, dignemini sigillorum vestrorum munimine roborare.

 Datum anno domini MCC septuagesimo secundo, mense Decembri.

¹Ober- und Unterderdingen.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 3 Siegel: 1) des Abts von Odenheim, am Rande beschädigt, spitzoval, c. 48, 34 mm, (III. A. 2. b.): der Abt auf einem Stuhle sitzend, in der Rechten den Krummstab, mit der Linken ein Buch auswärts haltend; Umschrift: + ABBAS . OTE ENSIS. 2) des Otto von Eberstein, bekannt; 3) des Heinrich Schwendinger von Wiessloch, 6 eckig, 42, 39 mm, (IV. B. 1.): auf einem Topfhelm ein Geiersrumpf; Umschrift: SIGILLVM . HEINRICI . DE . VISCENLOCH. Vgl. die ungenaue Abb. in FRIEDRICH KARL FÜRST ZU HOHENLOHE-WALDENBURG: Sphragistische Aphorismen: 300 mittelalterliche Siegel systematisirt, classificirt und erläutert, Heilbronn 1882. [unveränd. ND Walluf bei Wiesbaden 1973], Tafel IX, Nr. 92.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 857

Überlieferung und Textkritik:

Original war ehemals im GLA Karlsruhe.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 482.

Literatur:

Hohenlohe-Waldenburg: Sphragistische Aphorismen, Tafel IX, Nr. 92.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Hohenneuffen

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Odenheim Wohnplatz (5432)
 Odenheim, Östringen, KA
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Speyer, SP
 Unterderdingen Aufgegangen (22754)
 Unterderdingen, aufgeg. in Oberderdingen KA
 Wiesloch Wohnplatz (6633)
 Wiesloch, HD